UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De Psalmistis. Tit. 12

urn:nbn:de:hbz:466:1-62002

Visual Library

dianus in 2. ῥᾳδία ἡ εἴσοδος αὐλῆ καὶ ἀκόλυτος, *ingreſſus liber, ut nec acceſſu prohibeatur.*

De Acolyto Niceforo mentionem facit D. Cyprianus. *lib. 2. Epiſtol.* 8.

8 De *ætate* ad Acolytatus Ordinem requiſita non conſtat inter Doctores: Gloſſa *in Clement. generalem. de ætat. & qualit. ordin.* dicit in hoc, & aliis minoribus, ſufficere ſeptennium; & ſervari hoc dicunt Zabarel. *ibid. num.* 7. Mandoſ. *de minori ætate; cap.* 4. *num.* 12. Ugolin. *de Offic. Epiſc. cap.* 26. *§.* 2. *num.* 2. Bonacin. *de Sacrament. diſp.* 8. *quæſt. un. punct.* 5. *num.* 12. In Acoluto tamen duodecennium requirunt Gloſſa *in ſum.* 77. *diſt.* Et Imola; *in d. Clem. generalem. num.* 18. *in ſum. verb. Ordines. num.* 1. Marcel. Vulpe *in fori Eccleſ. praxi. cap.* 8. *num.* 4. Valaſc. *in alleg. jur. tom.* 1. *alleg.* 9. *num.* 1. & quidem expletum: Monet. *de diſtribut. quotidian. part.* 2. *qu.* 19. Sufficere duodecimum vel decimum quartum, putat Rebuffus *in ſua praxi rubr. de Clericis ad Ordines ſacros malè promotis. gloſſ.* 2. *num.* 1. Exigi decimum quartum, *cum Sot. in* 4. *diſt.* 25. *qu.* 1. *art.* 2. *verſ. autem. Majol. de irregular. lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 8. *Campan. in diverſ. Jur. Canon. rubr.* 7. *cap.* 2. *num.* 3. putat Barboſa. *d. lib.* 1. *& cap.* 38. *num.* 2.

9 Dicta hæc ſufficiant de *Ordinibus*, apud Latinos *Minoribus* dictis. De iis velle diſputare curioſius, eſſet inutile. Cum, ut ſupra admonitum, eorum à quolibet occurrente & non initiato occupentur officia & miniſteria, adeò ut vix adminiſtrentur ab initiatis.

TITULUS XII.

De Pſalmiſtis.

SUMMARIA.

1. *Pſalmiſta quis.*
2. *Ejus officium.*
3. *Quotuplex.*
4. *Proprium.*
5. *Quomodo ordinetur.*
6. *Minor eſt Clerico.*

Pſalmi-

Pſalmiſta dicitur *Cantor*, qui Pſalmos & cæteras laudes cantat 1
in Eccleſia. *can. Cleros. verſ. Pſalmiſtæ à Pſalmis canendis.
diſt. 21. Galganet. de Jure Eccleſ. lib. 3. tit. 30. num. 1.*

Ejus miniſterium non pertinet per ſe ad Ordinem ali- 2
quem, cum hoc cantandi officium, licet non pertineat ad totam fidelem plebem, non tamen Clericorum ſit proprium, ut ad illud aſſumantur illi ſoli. *Baron. annal. Eccleſ. tom. 1. anno Chriſti 44. num. 80. Suar. tom. de relig. 2. lib. 4. de horis Canon. cap. 9. num. 14. cum ſeqq. Vaſq. tom. 3. part. 3. diſp. 236. cap. 1. num. 5.*

Eſt *tripartitum;* Eſt enim qui præmittit vocem, & qui canendo 3
ſubſequitur, & qui conſonat: Primus dicitur *Præcentor*, ſecundus *Succentor*, tertius *Concentor. d. can. Cleros. verſ. Cantor. diſt. 25.*

Proprium tamen eſt canere extra pulpitum benedictiones, & lau- 4
des, atque antiphonas: *d. can. Cleros. diſt. 25.* & ſic, ut minor, diſtinguitur is à Lectore. *d. can. perlectis.*

In *Pſalmiſtæ* ordinatione capillorum fit etiam tonſura in coronæ 5
modum, & induitur veſte linea, ut in Pontificali.

Poteſt tamen quiſque ſola juſſione Presbyteri pſallendi exercere officium. *can. Pſalmiſta. 20. diſt. 23.*

Tonſuram verò deferre non debet, niſi eam acceperit primitus ab Epiſcopo. *can. 1. diſt. 69.*

Eſt ergò, *ut vult. Sebaſt. Cæſar. in relect. de Eccleſ. Hierarch. part. 2.* 6
diſput. 11. §. 4. num. 8. Pſalmiſtæ officium multò minus quàm tonſuræ primæ, & Clerici.

TITULUS XIII.

De Majoritate & Obedientia.

SUMMARIA.

1. *In Eccleſia alii Majores, alii Minores. Et quare.*

Yy 2 2. Obedi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN